S. D. Non possum satis mirari hominis temeritatem, qui in eam urbem redire non dubitavit, in qua hominem turpissime occidit et universae nationi nostrae manus attulit; saltem nostri respectum habere debuit, quos tot malevolentissimis obtre-tationibus domi impetere non destitit. An fortasse putat, id ea impune habuisse, ut meam apud meos existimationem, quam mihi [l. nisi?] perpetuis aerumniis, vix intelligam, servare potui, omnibus modis incesserit atque optime de se meriti officijs foedissime abuteretur. Certe non sic abibit, dabit aliquando poenas perfidiae et ingratitude, non meo, sed aequitatis impulsu. Tu modo, mi frater, fac, omne hominis institutum intelligamus, quid loquatur, quidue cogitet. Poteris enim facile omnia pro ingenio tuo et singulari erga me benevolentia tua explorare et quam primum ad me perscribere, quo facilius de ea re consilium inire possimus. Ego iam cum contubernalibus tuis rediissem, si non literas aut ex Urbe aut ex patria expectarem, quarum desiderio dementissime teneor. Excute, quaeso, omnes tabellarios et trapesitas atque omnes, velleuissimos, rumusculos ad me perscribito. Vale. XX. Augusti M. D. XIX.

Tuus Georgius Sauromannus.

Abschrift, Bremen, Ms. a 11, p. 84. —

Vor Heß brachen aus Bologna von seinen Freunden nach der Heimat auf Meßler, Cochlaeus und Pflug. Julius von Pflug stattete Heß am 10. August in Bologna mit einem Empfehlungsschreiben an Birckheimer aus,¹⁾ und am 28. August berichtete ihm dieser schon dankend über seine Aufnahme in Nürnberg. Pflug war Gast von Heß' Vater. Der Mareschallius genannte Doktor war der Nürnberger Ratskonsulent Dr. iur.

¹⁾ J. Neumann, Documenta literaria, 118.

Michael Marstaller.¹⁾ Die bedauernde Bemerkung über die Stellung recht vieler Nürnberger zu Johann Eck (wie die Christoph Scheurl's) schränkt doch erheblich die Ansicht ein, als seien dort nur Gegner Ecks gewesen.

VIII. Pflug an Heß.

1519 August 28.

Nürnberg.

Viro et integro et erudito Johanni Hesso.

Bononiae.

Salutem. Patri tuas literas reddidi, qui me summa cum humanitate excepit, atque ita factum est, ut et ipsi et tibi quam plurimum debeam. Cocleum nostrum [iam] conueni, qui et ipse lautissimo conuiuio me excepit. Adii Birchamerum, cuius grauitas mihi adeo placet, ut nihil supra. Contraxi amicitiam cum doctore Michael e Mareschallio. Quid multa? Hic mihi omnia ex sententia successerunt. Sed aliquos Nurenbergenses ad partes Eccianas aliquanto propensiores esse, magnopere doleo. Utinam iis omnibus iudicium Wilibaldinum contigisset. Tu bene vale cum nostris omnibus. Norimbergae anno M. D. XIX. quinto calendās Septemb.

Tuus Julius Pflug.

Abschrift, Bremen, Ms. a 11, p. 85. —

Als Heß selbst von Augsburg her²⁾ mit verletztem Fuße auf der Rückreise von Italien nach Schlesien im November 1519 in Nürnberg angelangt war, erneuerte er vom Krankenbett aus seine Beziehungen zu Wilibald Birchheimer, der durch das Podagra ebenfalls an das Zimmer gefesselt war. Seine kurzen Billette auf der Nürnberger Stadtbibliothek, die Rünzel schon mehrfach verwendet hat, finden eine Ergänzung an einem bisher übersehenen Briefe in München. In einem Briefchen hatte er geschrieben: „Fugitiuus tuus, ut spero, neque duris neque ingratis vinculis a me adhuc retinetur“. Unser Brief begleitete nun die ihm geliebene Übersetzung der Lucianischen „Fugitiui“ zu Birchheimer zurück und gab nicht nur Heß' Urteil über die Fugitiui mit Seitenhieben gegen die scholastischen Philosophen und Theologen, namentlich gegen die Thomisten, sondern auch über die Beigaben zu der Birchheimerschen Übersetzung, den Brief des Vorkämpfers für Reuchlin Hermann Grafen von Neuenahr.³⁾

¹⁾ Will, Nürnberger Gelehrten-Lexikon s. v. Marstaller.

²⁾ Das ist aus dem Begrüßungsbriefe an Birchheimer zu folgern, den Peumann in ein falsches Jahr setzt, Documenta literaria, 76.

³⁾ L. Geiger, Johann Reuchlin, 366, 402, 420.

den Heß im Mai 1519 in Bologna freundschaftlich kennen gelernt hatte, und die Antwort Birkheimers an diesen.¹⁾ In der Vorrede zu Lucians Piscator an Lorenz Behaim hatte Birkheimer die Theologen aufgeführt, die für Reuchlin stünden.²⁾

IX. Heß an Birkheimer.

[1519 November.]

[Nürnberg.]

Sola fides et amicitia.

S. Quod tardius remitto tuum Lucianum, ne egre feras, vir optime, rogo, tanto enim dulcore et voluptate prima me affecit tua epistola ad comitem, ut nobilissimum imaginibus, ita doctissimum (cum quo et ipse Bononie mense Maio amicitiam contraxi in numerumque suorum benigne cooptatus); quis enim non admiratur optimi viri optimum consilium, ad contemnendum insanos furores ignavi fucorum generis utilissimum. Prudenter, crede mihi, omnia agis, inglorij cum sint, miseri, infelices et deplorandi. Laudem quaerunt deuastando subuertendoque, si modo possunt, famam ac estimationem bonorum. Adsit aliquando clarus ille Hercules cum claua et, si satis non erit, adsit et dexter Apollo cum sagittis. Adiunge et item Neptunum cum tridente, ut pereant crudelia monstra, Palladi inimica.

Dici eciam vix potest, quantam suauitatem percepi ex querela philosophie in Fugitiuo. Tollat quis de medio philosophastri vocabulum, in locum subscribat Thomastri vel alterius huius deplorate secte, Jesu bone, quam apte, proprie et eleganter omnia hominibus seculi nostri conueniunt!

Res, ut apparet, cum Piscatore, olim verso, commune quod habet argumento aptissimo: Piscator defendit innocentissimum Capnionem olim, nunc Fugitiuus ornatissimum comitem.

Vale, mi patrone.

Hessus.

Adr.: D. Birkkamero, viro numeris omnibus ornatissimo. Orig. München, Hof- und Staats-Bibl., Camerariana, doch unter dem Namen des Dichters Eobanus Hessus, weil eine unfundige Hand vor Hessus Eobanus gesetzt hat. —

¹⁾ Die beiden Briefe sind von Goldast abgedruckt in Bilibaldi Birkheimeri Opera, 240, 241. Darauf spielt Hochstraten in seiner ersten Apologie an. L. Geiger, a. a. O., 406.

²⁾ L. Geiger, a. a. O., 395. Heumann, Documenta, 116 f.

Den Schluß der Reihe bildet ein Brief von dem berühmten lateinischen Dichter Eobanus Hessus an Johann Heß,¹⁾ der zwar nur eine Empfehlung für Eobans Freund Michael Nosse aus Grottkau²⁾ enthält, aber als Freundschaftszeichen immerhin nicht ganz ohne Wert ist.

X. Eobanus Heß an J. Heß.

1522 April 7.

Erfurt.

Humanissimo doctissimoque viro domino Johanni Hesso, canonicorum Vratislaviensium collegae, amico ac frati in Christo charissimo suo, Eobanus Hessus.

S. Cum proficisceretur ad te, doctissime atque charissime Hesse, Michael Nossenus, homo et ingenio multaque eruditione praestans, mihi vero sic charus, ut nesciam, an chariorem unquam habuerim, non potui ei nisi nihil ad te literarum dare, ad hominem tam amicum mihi, tam candida fama probatum praedicatumque ab omnibus. Tametsi, quod scriberem, materiae pene nihil fuit, tamen hoc ipsum, quod scilicet nihil esset, quod scriberem, scribendum putavi. Quod vitium multis mecum commune est, qui, ubi multa vel nolint vel non possint, eum velut colorem negligentiae praetexere solent, nihil habere se, quod scribant. Vides enim, et meipsum nunc, dum et vitium meum fateor et alios mecum in calumniam traho, habere hoc interim scribendi argumentum. Quod tamen longius non prosequar, ne scilicet illud in me iacias: Ex tumultu Olympum. Scis enim, arbitror, poetam esse me, h. e. ex eo genere hominum, quibus maxima de nihilo nascatur historia. Sed haec ioco, quae si serio acceperis, officio meo satis videbor functus. Quid igitur addam nisi hoc? Te valere, tibi ex animi tui sententia quam felicissime efficere succedereque cupio omnia, mi charissime Hesse, vehementer. Nam ab eo tempore, quo primum mihi tua singularis eruditio, tui candidissimi mores, summa tua humanitas sunt perspecta, sic haesisti huic animo, ut, tametsi longe absens, nempe locorum iniuria, tamen vix unquam abfueris. Quem locum me quoque tenere apud tuam

¹⁾ Eine Erinnerung an die Freundschaft der beiden Heß ist die handschriftliche Dedikation von Eoban Heß' Heroiden, 1514 (in Dresden): „Joanni Hesso. Cognomini suo D. D. Eobanus Hessus. Ex Amicitia“.

²⁾ Zu Nosse vergl. R. Krause, Helius Eobanus Hessus, I, 235 f., 272 f.

charitatem haud quaquam diffido certoque mihi persuadeo. Cupio igitur literis fieri certior et, quid rerum nouarum vobis immineat. Nam Turcam minari aiunt Slesicis oris, quod deus auertat. Nos hic euangelio totos nos damus, si forte imminensem istum auertamus. Vides enim, mi Hesse, quae a prophetis et ipso Christo praedicta sunt, non imminere modo, sed et adesse quotidie. Deus auertat illam in loco sancto iam dudum stantem abominationem et faciet dubio procul, modo ad eum, qui nos ultro vocat, nos vertamus et viuamus per Christum Jesum dominum nostrum, extra quem non est salus. In quo bene vale, mi charissime Hesse, et me ama. Commendo tibi Michael meum, in eum, quicquid in me velles, studiorum et humanitatis conferas, oro. Scripsi citissime, da veniam. Erphurdiae altera Judica M. D. XXII.

Tuus Eobanus Hessus.

Abschrift, Bremen, Ms. a. 11.

II. Aus den Amtsjahren.

Im Oktober 1523 hat Heß sein Pfarramt zu St. Maria Magdalena in Breslau angetreten. Am 20. April 1524 eröffnete er seine Disputation.¹⁾ Um diese Zeit hat er brieflich mit Ulrich Zwingli angeknüpft. Dieser Brief ist leider nicht mehr erhalten. Zwingli äußerte sich unter dem 16. Mai 1524 gegen Joachim Badian darüber²⁾: „Scribit ad nos quidam Joannes Hesus, theologus Vratislauensis, homo tersus sane et alacer, exigitque a nobis literas. Quapropter aliquando doceas oportet, ut per vestros ad illum literas et responsionem ad Emserum,³⁾ impurum hominem, dem. Scripsit, ex epistola

¹⁾ J. Köpflin, Johann Heß, Zeitschrift x., VI, 197 f. Die Thesen bei J. E. Kapp, Kleine Nachlese x., II, 604. Kapp schöpfte aus den ganz und gar verschollenen, aber noch vorhandenen Spalatiniana der Großherzogl. Bibliothek in Weimar.

²⁾ E. Arbenz, Die Badianische Brieffammlung, III, 72. Heß hat wahrscheinlich die Thesen seiner Disputation mitgeschickt. Das könnte man nicht bloß in dem „alacer“ suchen. Eine der Thesen behandelte die Messe und wegen seiner Auffassung von der Messe hatte Emser soeben Zwingli angegriffen. G. Kawerau, Hieronymus Emser, 76 f.

³⁾ Diese Antwort erschien im August 1524: Vergl. G. Kawerau, Hieronymus Emser, 78.

Melanchthonis certiorum factum,¹⁾ quod Petrus Mosellanus ex humanis excesserit, cuius agoni Melanchthon sese testetur interfuisse“. Eine Antwort Zwinglis auf diesen Brief ist nicht bekannt.

Kurz darauf erhielt Badian zum zweitenmale Kunde von seinem alten Freunde, indem ihm am 14. Juni 1524 sein Bruder Konrad von Watt von Posen aus schrieb²⁾: „Wie es denn by sich wol statt des ewangeliums halb, hör ich gern; aber hieby uns Polen ist noch krukhsigen, als sich fetter Jörg wol berichten wirtt. Aber ich hoff zu gott, die diffel werd sich schier umferen. Eß ist an drefselicher glerter man zu Breslen prediger und psarar, der richt sil guß uß, Simon (!) Heß, daz ich hoff, der wind werd scher was mit bringen“.

Von seinen der katholischen Kirche treugebliebenen Freunden hat Julius von Pflug Heß schon am 7. Juli 1523 zur Berufung nach Breslau Glück gewünscht.³⁾ Ein anderer Freund, Ursinus,⁴⁾ der noch von Johann V. ein Kanonikat in Breslau erhalten, aber höchstens die niederen Weihen genommen hatte und der später mit Heß ganz zerfiel,⁵⁾ fand am 1. Mai 1524 schon Anlaß, über eine etwaige Verheiratung von Heß⁶⁾ und auch von Krautwald zu spötteln. Er hat sich übrigens nach Austritt aus dem geistlichen Stande (1523) selbst verheiratet und wegen seiner unglücklichen Ehe 1539 den Tod in der Donau gesucht.⁷⁾ Damals eben (1524) in Folge der „neuen Reformation“ Ferdinands I. aus Italien an die Wiener Universität als Dozent der Humaniora berufen, hatte er mit anderen Dichtungen die sogenannten

¹⁾ Corpus Reform. I, 654. Mosellanus † 1524 April 18. Da Melanchthon am 19. April von Leipzig aus an Heß und Zwingli schon am 16. Mai von Zürich aus an Badian schrieb, sieht man aus diesem Beispiel, daß damals doch der Briefverkehr immerhin auch ziemlich rasch vorstatten ging.

²⁾ G. Urbenz, a. a. O., III, 77.

³⁾ Auch diesen Brief enthält, Bremen, Ms. a 11 J. B. Fischer, Reformationsgeschichte der Haupt- und Pfarrkirche zu St. Maria Magdalena, 53.

⁴⁾ Scharfe Verse des Ursinus an Papst Hadrian VI. gegen Luther s. bei G. Bauch, Caspar Ursinus, 47.

⁵⁾ G. Bauch, a. a. O., 56. Bei dem Zwist handelte es sich vermutlich um die Einkünfte des Reißer Kanonikats.

⁶⁾ Heß heiratete am 8. September 1525. In der Aufpielung, daß Heß den geistlichen Stand „uxorius“ wolle, liegt ein Hinweis auf seine Thesen.

⁷⁾ Daß Ursinus durch Selbstmord wegen seiner unerträglichen ehelichen Verhältnisse endete, beweisen die Verse des Nicolaus Olah bei M. Denis, Nachtrag zu Wiens Buchdruckergeschichte, 97.

goldenen Verse des Pythagoras griechisch und lateinisch drucken lassen¹⁾ und Heß sollte diese nun durch seinen Einfluß auf die Breslauer Schulmeister dem Wiener Drucker und Verleger Johann Singrenius vertreiben helfen.

XI. Ursinus an Heß.

(1524) Mai 1.

Wien.

Fortissimo ac integerrimo theologo domino Johanni Hesso,
doctori et amico honorando.

C. Ursinus S. D. Hesso, theologo poetaster, sacerdoti prophanus, pontificius scilicet Lutherano. Nae tu strenuus es homo et multis author magnarum rerum et insolentium! Equidem ab ineunte aetate ab re uxoria semper abhorruí et erat propterea ad istum ordinem mihi paratum perfugium, quem tu mihi tuique similes uxorium esse vultis. Nunc, quo euadam, nescio, nam et monachi[s] uxores, audio, parari; ubi istuc rediero, tanquam Ulysses mutata inueniam omnia et fortasse cognoscam vestrum neminem. Sed heus tu, nihil malim, quam nuptiis tuis interesse, atque, ut ἐμπαυκωτέρως dicam, mensae non lecto adesse velim. Et ecquam ducet Valentinus? Aequum enim est, ut et ipse procum agat. Saltare cupio in illius nuptiis. Sed desinam nugari, praesertim apud euangelicos praeceptores et theologos austeros et graues. Ad seria veniam. Ego, mi Hesse, pestilentiam, cuius metu totum annum cruciatus sum, consilio amicorum et oblata conditione haud aspernanda tandem effugi.²⁾ Ea cum aliis in urbibus Italiae tum Romae mirum in modum reualescit. Euangelium versibus adstringere aggressus sum, rem inchoatam ac rudem, fortasse, cum vobiscum viuere datum fuerit, absoluam. Mittit Johannes³⁾ bibliopola exemplaria centum aureorum carminum Pythagorae Graecorum et a me versorum in Latinum sermonem. Lucelli inde aliquid sperat, si tuo inductu ludimagistri graecizantes pueris fuerint interpretati. Sic enim futurum est, ut aliquot veneant. Bene vale et me commenda ei, cuius tu profiteris⁴⁾ doctrinam et praecepta populo instillas, et cura, ne ex euangelica mansuetudine Germanicus tumultus exoriatur. Viennae Cal. Maij anno M. D. XXIII.⁵⁾

Ursinus tuus.

Abschrift, Brömen, Ms. a 11, p. 70.

¹⁾ G. Bauch, a. a. O., 49 und 79 Nr. 21. M. Denis, Wiens Buchdrucker-
geschichte, 243. ²⁾ eandem effugit. ³⁾ Jos. ⁴⁾ provideris. ⁵⁾ M. D. XVIII.

Ein merkwürdiges Schriftstück ist in mehrfache. Beziehung der Brief des Crotus an Heß vom 22. September 1525.¹⁾ Heß sollte dem Bamberger und Würzburger Kanonikus Jakob von Fuchs²⁾ eine Frau, womöglich eine adelige, aus Schlesien verschaffen. Diese Kommission, die Crotus freiwillig übernommen hatte, verliert ihr auf den ersten Blick etwas befremdliches Aussehen, wenn man erwägt, daß Heß mit den Brüdern Fuchs befreundet war³⁾ und daß Jakob in der Heimat, selbst wenn er seine Kanonikate niederlegte, als ehemaliger Geistlicher und geweihter Priester keine Frau fand. Er hatte schon 1523 einen offenen Brief an den Bischof von Würzburg wegen der Verheirathung der Kanoniker geschrieben, legte 1529 seine Pfründen nieder und vermählte sich mit einer von Zeitlin. Joachim, mit dem Fuchs nach Preußen gekommen war, ist Joachimus Camerarius.⁴⁾

XII. Crotus an Heß.

1525 September 22.

Königsberg i. P.

Docto, pio, sancto, amico Johanni Hesso, amico charissimo.

S. P. D. Communi⁵⁾ testimonio est Hesus meus homo longe officiosissimus, praesertim in negotiis amicorum, in re honesta coniuncta cum pietate. Age, explicia officium ingenii tui, hoc est seduli et amici hominis. Uxor quaeritur. Scin',⁶⁾ Crotone? Non uxor quaeritur. Cui? Croto non, sed aliter Croto, metuo Croto longe ditiori, formosiori, meliori,⁷⁾ etenim si amicorum eadem mens, idem animus, idem velle, idem nolle, cui non sit⁸⁾ alter ego Jacobus Fuchsus, quo nemo

¹⁾ Über die Stellung des Crotus in Königsberg bei Herzog Albrecht vergl. J. W. Kampschulte, *Commentatio de Joanne Croto Rubiano*, 13 f.

²⁾ Zu diesem Manne vergl. G. Knod, *Deutsche Studenten in Bologna*, 141 Nr. 1087. Dort stehen alle von uns benutzten Personalien. Der Bruder Jakobs hieß Andreas. Über diesen f. G. Knod, a. a. O., Nr. 1086.

³⁾ K. Krafft und B. Krafft, *Briefe und Dokumente*, 20. Heß hatte die Fuchs auf der Rückreise von Italien in Bamberg besucht. Crotus schreibt 1520: „Sedeo hic multos dies apud Fuchsos meos, quos tu spatio duorum dierum bonitate tuorum morum tibi conciliasti arctius, quam alii aliquot annis“ 2c.

⁴⁾ J. Kößlin, *Johann Heß*, *Zeitschrift* 2c., VI, 253. Fuchs kehrte auch mit Camerarius wieder aus Preußen zurück. Rhed. Briefband V, 85. E. S. Cyprian, *Der Andere Theil Nützlicher Urkunden zur Erläuterung der ersten Reformationsgeschichte*, 374.

⁵⁾ Cō. ⁶⁾ Sim. ⁷⁾ ditiore, formosiore, meliore. ⁸⁾ sic.

mihi [magis] unitus est amicitia, et nemo melius de me meritus. Audi, quaeso, mi Hesse, pulchrum amicitiae facinus. Is nuper ad me venit comite Joachimo nostro charissimo solum salutandi causa et videndi, qui viuerem apud Sarmatas. Jam cogita locorum distractum, horum temporum difficultatem, pericula viarum, hanc hominum insaniam, venit tamen et Crotum suum videre voluit, ipse alter Crotus. Cum in longas moras colloquia producimus, conqueritur mihi bonus vir veterem suam querelam de viduo lecto, de socia vitae, de Veneris impatentia, de periculo animae, quod non liceat per insania episcoporum collocare sibi canonico consortem foeminam christiana copula et consilium illud aperuit simul, quod et tu tacebis. Distrahere intendit canonicatus suos et iam comparentem habet, qui numerabit ultra tria millia aureorum, quibus comparabit aedes et agros, pecudes et armenta ad comparandum victum necessarium more aliorum nobilium. Verum hic iterum obstat impedimentum, nempe insolentia Germanarum puellarum refugientium matrimonium sacerdotale, quasi et ipsae non sint ex genere sacerdotali;¹⁾ cum dico de Germanis puellis, volo, intelligas de Franconibus et vicinis populis, nosti supercilium. Cupit enim consortem genere, hoc est nobilem. Cui ordini imprimis sunt cristae. Quid animi mihi fuisse putas, cum in Italia audio conquerentem amicum? Crede mihi, acerba infelicitas est, utinam possim aliquo modo succurrere; ubi recessit, flecto et reflecto animum in partes varias, tandem tu succurristi, cuius officium implorarem. Sunt Slesicae puellae inter Germanas forma et moribus ferme nobiliores et nunc in contrahendo matrimonio minus superciliosae, exerce officium pietatis, quaere aliquam probam, venustam, etsi non admodum diuitem, nil oberit multum. Venustam volumus, qualis est uxor Heideckianna, nam deformis perpetua nausea est plerumque adulterij occasio. Ciuem etiam non respuimus, modo sit honesta, venustula. O si parem Heideckiannae nobis procurares, poteris autem, si velis, sed vis, quia potes! Princeps Fridericus Lignicensis non erit vulgaris author et adiutor in negotio tam sancto, tam necessario. Non est mihi res commissa, ut tibi scribam, nil te commoueat

¹⁾ sacerdotale.

id, si ille nunc ignoret, ignorantia fecit, ne nobis illud consilij in mentem venerit. Ubi videris, tibi rem expedivisse et tentasse animum puellae et cognatorum, conducto [ei] nunctio significato rem¹⁾ et mihi fortuitis tabellarijs. Hoc officio omnes Fuchsios demereberis.

Princeps hinc abest menses duos, rustici furunt ut Germaniae. Episcopus Sambiensis dentibus concerpetur, si venerit in manus rabidorum. In quadam arce obmunit[a] nobilitas in maximo discrimine versatur, simul et nos. Globum unum furiosorum consilio dissoluimus, periculum est, omnia commoueri.

Raptissime Kingisbergae Borussiae XXII. die Septembris anno rusticorum primo. Alias plura et miranda. (i. e. anno M. D. XXV.)

Abschrift, Bremen, Ms. a 11.

Mit seinen eigenen Angelegenheiten beschäftigt sich der Brief des Grotus vom 11. Oktober 1526. Schon in diesem Briefe erkennt man deutlich die Spuren der Mißstimmung, der Unzufriedenheit mit den eigenen wie mit den Zeitverhältnissen,²⁾ die schließlich den Spötter Grotus, den Hauptverfasser der Epistolae obscurorum virorum, den Rektor der Universität Erfurt, der 1521 Luther auf dem Wege nach Worms ehrenvoll wie einen Fürsten empfing und geleitete, wieder auf die katholische Seite zurückführten. Heß und Mezler³⁾ waren die Vertrauten, denen er sein Herz ausschüttete, und besonders Mezler gab sich Mühe, ihn von übereilten Entschlüssen zurückzuhalten.⁴⁾

Für Heß ist außerdem noch in dem Briefe die vertrauliche Art des Herzogs Albrecht von Preußen, in der er seinen Gruß und die Entschuldigung für das lange Stillschweigen ausdrücken läßt, von Bedeutung.

Der zu Anfang des Briefes genannte Demens vij ist natürlich Papst Clemens VII., der durch seine treulose Politik 1527 den Sacco di Roma durch die kaiserlichen Truppen herbeiführte. Ludwig II. von Ungarn und Böhmen kam in der Schlacht bei Mohacs (1526 August 29) um. Conradus Nutianus Rufus, der väterliche Freund von Grotus und Heß, war, durch

¹⁾ conducto iniuncto significatores.

²⁾ Vergl. auch Kampfschulte, a. a. O., 12 f., 14 f.

³⁾ Zu Mezler vergl. G. Bauch, Zeitschrift x., XXXII, 49 f.

⁴⁾ J. Camerarius, Tertius libellus Epistolarum H. Eobani Hessi x., R 4 b. Zeitschrift, a. a. O., 78, 79.

die Wirren des Bauernkriegs und die Folgen der Reformation für die Einkünfte der katholischen Geistlichkeit gänzlich verarmt, am 30. März 1526 gestorben.¹⁾

XIII. Crotus an Hesh.

1526 Oktober 11.

[Königsberg i. P.]

Praestanti viro Johanni Hesso, theologo, cum docto, tum pio,
amico sincero.

S. D. Quoniam semper extitisti homo officiosus, Hesse noster, quo nomine plurimos tibi deuinxisti,²⁾ huius rei gratia, simul ob veterem nostram amicitiam, rogo, scribas mihi de rebus multis. Quid agatur in Italia, demens quo ruat Demens vij, quam potens sit Caesar contra hostes imperij, seruetne fidem Gallus nouo iuramento,³⁾ quo statu [se] habeat Hungaria. Vereor, nimium verum esse, optimum iuuenem, cuius dextra hanc meam pressit, regem Ludouicum, in praelio occisum et utramque Pannoniam subactam a sanguinario tyranno, cuius vires mediocres dum contempserunt nostri, iam eius magnitudinem ferre non possunt. Vehementer me mouet inconstantia Germanorum. In memoria habemus, Hesse, quantum horrorem incusserit populo Germanico paucis ante annis solum auditu perceptum⁴⁾ nomen Turcae. Jam mutato metu plerique liberatorem expetunt, ita sordent praesentia et futura stulte appetuntur. Adseruant sane et item⁵⁾ suam libertatem, quam maiores nostri suo sanguine asseruarunt. Displicuit ranis truncus [loco] regis, ciconia rerum potita,⁶⁾ sine discrimine passim [eas deuorans], suo imperio usa⁷⁾ est. Idem malum sibi accersunt incogitatissimi homines. Si nil valent⁸⁾ sacrae historiae, sinant et saltem, bestiam apologis moueri. Si ita⁹⁾ fert coelum iratum peccatis immedicabilibus, feramus rerum mutationem. Ipse ferme de Germania desperavi scissa in tot dissidia, quae si velit per concordiam suas vires sociare, actum esset de Turca. Tu caue, ne sileas. In his tenebris septentrionis parum videmus, pauca audimus, pluribus offendimur. Ista tecum colloquor e senaculo, dum consultamus et audimus litigantes de credito et mala fide. Princeps

¹⁾ C. Krause, Der Briefwechsel des Mutianus Rufus, LXV.

²⁾ deuinxisti. ³⁾ mirancto. ⁴⁾ perreptum. ⁵⁾ ditem. ⁶⁾ potitus.
⁷⁾ usus. ⁸⁾ volent. ⁹⁾ Sitita.

inquit: „Quid scribis, Crote?“ [Respondeo:] „Confabulator cum Hesso“. „Huic oportune iubeto nomine meo saluere et sit excusatum silentium nostrum“. Adducitur autem, Hesse, in causam excusationis filum sericum, non sum mystes et ista vestra arcana haud noui, fortasse est arcanum aliquid rei uxoriae, cuius vos coniuges soli conscii estis. Nil admiror,¹⁾ excusat, esto solatium principis, modo [si?] quid valeat²⁾ in coniugio filum sericum. Cura, literas meas cum fide offeras Metzlero. Scire vis, qui viam, utor bona valetudine, sed regione ter displicente. Raptissime ex medio colloquio 11. die Octobris 1526.

Tuus Crotus.

Mutianus obiit, dimidium animae nostrae, meae tegitur cemitirio suo.³⁾ Roga dominum, quo me liberet a daemonibus borealibus.

Abschrift, Bremen, Ms. a 11.

Breslau.

Gustav Bauch.

¹⁾ adore. ²⁾ volent. ³⁾ tgr semiviri9 suo.